

ratum, corruptit ipsum, & destruit, & postea revertitur ad locum suum. Et etiam oportet, ut solvamus de corpore, de quo facta est crux cum aqua æquali in naturis ipsum putrefaciendo, quousque temperet se sua Anima corporalis cum corpore suo: deinde illud cum suffumigio, ut alligetur delicatum istius corporis cum suo oleo, & erit, ideo alligant in corpore inferiori quo-usque applicet ad sui simile. Et debes scire, quod qui-libet Planeta habet dominium suum, & dispositionem propriam. Postea si ille, cuius dispositionem quaeris, habeat etiam dispositionem generalem, erit effectus major & fortior. Et scias, quod non alligetur anima spiritualis, cum anima corporali, nisi per modum simi-lum isti, & istud est unum de maximis secretis. Sed alligamentum animæ spiritualis cum spirituali, quæ est anima hominis, per istum modum fieri debet: Quia enim Planeta prædominans cujuslibet nativitati disponit ipsū in hora alligatæ animæ cum suo corpore. Cum ergo mutatur corpus de corpore isto ad spiritualitatem, ut si fiat corpus spirituale, deinde ad animalitatem, ut de spirituali animale fiat, alligatur anima cum suo oleo, & videt & cognoscit, quæ prius videre non poterat, nec cognoscere. Si autem Planeta prædominans alicujus nativitati fuerit infortunatus, infirmabitur ille homo, quamdiu prædominatur mors ipsius corporis viribus ipsius animæ, vel etiam fuerint æqualia. Sed postquam acquisiverit anima prædominium super suum corpus, ex tunc ei nocere non poterit illa infortuna, nec acci-dit sibi ex hoc impedimentum. Postquam vero sciverit illud, accipiet induimenta, quæ sunt in calore conve-nientia, & cibaria, & assuescet se illis cibariis, donec stomachum suum faciet illa recipere, nec alia appetat, assuecat se paulatim, scilicet prium comedere semel

Y 4

in die,